Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Fumtas q̄ dilig̃nt

208

in eos qui reiecerant retorqueret. Cumq; magna ui persistente uento.
omne iaculum missum ab hostib; frustraretur. fracto aduersariorum animo.
seu potius diuinitus repulso. arbogaste duce nequaquam deo aduerso fortiter
faciente. eugenius ante theodosii pedes. uinctis post tergum manibus ad
ducitur. ibiq; uite eius et certaminis finis fuit. Cum uero religioso principi
gloriosior uictoria defrustratis opinionibus paganorum. quam de tyranni
interitu fuit. quibus spes uana et falsa diuinatio minus interitu contulit
pene. quam pudoris seruauit inuita. Cumq; post hec ut futurorum prescius
imperator disponende rei publice sollicitudine stringeretur. ad orientem
protinus mittit. ubi uenturus ad bellum. tuta libros custodia commendarat.
ibiq; archadium augustum regnum sui dudum traditum seruare precepit.
honorium uero pari dignatione preditum. ad occidentis imperium uenire
ocius iubet. Quo suscepto. et paternis osculis amplexibusq; constricto.
traditis occidentalis regni gubernaculis. ipse romano imperio pan
nos. xvii. feliciter gubernato. ad meliora migrauit. cum piissimis prin
cipibus percepturus PRE OIA. MERI TORVOS.

EXPLICIT

AABCDE